

Ex Commissione Leonardien. N<sup>o</sup> 1589.

Nos allegavimus, nulla portoria jure imponi posse, nisi ex aliqua justa et legitima causa; præterea Nos in portibus Prussiae liberos ei ab omnibus novis exactionibus vigore pactorum Sigismundi Sciam Alberto Prussiae Duce, privilegiorumq; à D. Casimiro omnibus Civitatibus Prussiae concessorum, immunitatem etiam à Magistris Ordinis antiquitus, nuper autem à S. R. M<sup>te</sup> moderna Civitati Elbingensium speciatim indulgentiam. Verum illi instabant vehementius, ut in Portu Elbingensi novum Portorium instituendum esset, ad instar portus Gedanensium. Rationi enim eè consentaneum, ut Angli his tantis libertatibus à S. R. M<sup>te</sup> sua tam benignè affecti, non inviti vicissim S. R. M<sup>te</sup> suae contribuerent. Ad quod ego subintuli diversam longè rationem eè portus Elbingensium à Gedanensium respectu ostii et situs. Habui, in quo antiquitus portorium solutum eè, et nuper, nova mercium aestimatione inducta, portorium antiquum auctum eè. Quod si Angli soli ex mercatoribus qui per Habum intrant aut sola Civitas Elbingensium, ex iis quæ intra Habum sita sunt, hoc novo portorio premeretur verisimile futurum esset, ut paucæ mercès Elbingam versus, omnes autem ferme ad Regionem tantum perferretur, ubi ab hoc onere immunes divendi possent. Ut et illud etiam ab æquitate alienum esset quod in grām et favorem à S. R. M<sup>te</sup> sua concessum esset, id ut in Elbingensium quibus eè concessum præcipue,

dicium et odium retorqueretur.

Ex pactis perpetua pacis inter Sigismundum I et Albertum  
Marchionem 1525.


Item nulla telonia vel alia gravamina in terris Prussiae contra  
antiquam consuetudinem et privilegia ab ulla partium institui de-  
beant, sed vetera telonea permanere. Si autem ab alterutra  
partium, a tempore transactionis Regis Casimiri telonea essent  
instituta, ea quoque hinc inde abrogari debent.

Ex privilegio Casimiriano terris  
Prussiae dato.

Ut autem nostrae liberalitatis, aequitatis et justitiae dextram  
suis subjectionis eorum et nostrae acceptationis felicibus,  
dante Domino, primitiis sentiant, in universos et quem-  
libet eorum effusam et in mutatione Principum commu-  
tatae etiam et sublatae depreceant oppressionem,  
Daciam, quae in vulgari pfundt zoll dicitur; item alia  
omnia telonia in aquis et terra, nova aut antiqua  
observantia, Regia munificentia tollimus, abrogamus,  
deponimus et solutionem illarum perpetuis temporibus  
resolvimus, dimittimus et relaxamus; nullo unquam  
tempore per nos aut successores nostros Poloniam Reges,  
et quacumque causa aut occasione instituendam aut  
imponendam.

Ex pactis perpetua pacis inter Casimirum Regem  
et Ludovicum de Erlinbhausen Magistrum  
Ordinis. N<sup>o</sup> 1466.

Item quoniam per mercatorum industriam et rerum vena-  
lium importationem Respub. nobile accipere consuevit incre-  
mentum, statuendum decernimus, et spondemus quod nulla  
telonia, deposita, gabellas, foralia, sive quascunq. alias  
censuationes, locis et personis in terris Prussiae et Do-  
minis eis subjectis et consistentibus imponemus de novo,  
aut imponi permittemus tam in aquis quam in terris, sed  
tantum utemur impositis.

  
Ex commissione Leonardus  
A 1484  
